Si Pater uel mr aut aliqs ex ascēdētib; ꝑcusserit cū ferro ul sine ferro etiam cū sāguinis effusionē uel uerberauerit filiū, nepotē ul descēdentem ex eo, uel si magr uerberauerit sine ferro et cū sāguinis effusionē discipulū correc tionis cā, dūmodo ex correctione nō sequatur mors, mēbri debilitatio ul mu tilatio loc. Ten. Potas uel Iudex habēs cognitionē, nō possit cōtra ꝑcussorē ꝓceder, sed si mors uel mēbri debilitatio sequat' uel mutilatio facta ꝑcus sione malitiose sine ferro, tūc et eo casu possine ꝓceder ad penā arbitrio eoꝝ imponen, cōsideratis qualitatib; circūstātijs mallefitij et cōditionib; ꝑsonaꝝ. Si uero ꝑcusserit cū ferro malitiose, ex qua ꝑcussione mors sequta fuerit, uel membrj debilitatio seu mutilatio punirj debeat in pena, qua punirj deberet si aliū occidisset uel ꝑcussisset sm formā statutoꝝ. Si uō filius ul ali us ex descendentib; ꝑ lineam masculinā ul femininā ꝑcusserit uel uulnera uerit sine ferro patrem ul auū ꝑtnum, mēnū, mrem uel auiā mrnam ul ꝑrnam seu aliū aut aliā ascēdentem, et ex ꝑcussione sāguis exiue rit uel nō exiuerit, puniat' ea pena, qua punirj debet sub titulo de pena filioꝝ offēdentiū parētes, sed si ex ꝑcussione uel offesa feta cū ferro cū sanguine uel sine, uel sine ferro et mors sequta fuerit, ca pite puniatur, itaq moriat'. Si uō mēbri debilitatio ul mutilatio sequa tur, manus dextera sibi āputarj debeat. Si uō nō fuerit sequta mors

mēbrj debilitatio uel mutilatio, sed sāguis exiuerit, puniatur et cōdēnet du-
plicj pena, qua deberet punirj et cōdēnarj, si aliū predcō modo offēdisset
et fcta concordia, oīs pena sublata intelligatur, ponat tn̄ in carceribꝫ usqꝫ
ad ānu cōpletū, et si nō pateret sē ponj, beneficiū cōcordie sibj non
patrocinetur, et in oībꝫ casibꝫ idem filius uel alius descēdēs offēdēs pu-
niētur hereditate ascēdētis offēsi sm̄ formā dicj capli. Si aūt malleficia
cōmissa fuerint et sine ferro, et cū effusione sanguinis nō interuenientē
morte uel mēbri debilitatione uel mutilatioē inter frēs carnales, cosobri-
nos, cognatos uel agnatos inter patruos uel nepotes, uel inter maritū et uxorē
uel inter cōiūctas psonas et p affinitate usqꝫ ad tertiū gradū sm̄ ius cano
nicū, uel qui simul starēt in eadem domo et familia uel cū ferro sine sā-
guinis effusione. Loc. Ten. Potas et Judex nō possint cōtra prdcōs ingredi,
nisi ad īqsitionē offēsi, que cōstare manu publicj notarij. Sit tn̄ licitum
talj offeso accusare et sup ipso pcedj ad punitionē ac si aliū extraneum
offendisset, et habita pace ab offeso, tollat oīs pena ī totū. Sed si mors se-
queretur, mēbrj debilitatio uel mutilatio, pene īpositio rmaneat in arbitrio dic-
torꝫ offēsiū uel cuiuslibꝫ eorꝫ, cōsiderata conditione, qualitate psonarꝫ et mal-
lefficij. Si uo pcussio fuerit fcta cū ferro sāguis exiuerit, uel mors aut
mēbrj debilitatio uel mutilatio īteruenerit, tūc puniat et cōdēnet ea pena
p oīa qua punirj deberet, si cōtra aliū predcā uel aliquod prdcōꝫ cō-
missa fuissent, nō derogando caplo cōtra homicidas.

De Pena incēdiariorꝫ et de incēdijs

Si quis studiose incenderit aliquā domū existentē in terra dc̄e plebis uel eius
comitatu, uel cappānā, in qua quis habitaret uel familiarē solitus habitare,
et ex ipso incēdio domus uel cappāna in totū uel p maiorj parte cōbusta fu-
erit, tale incēdiū uiuēs igne cremetur, ita qꝫ moriatur. Et si dcā domus uel
cappāna nō cōbureret intotū uel p maiorj parte, puniatur in lib ducentū
den. quas si soluerē nō poterit infra decē dies a die late sntie, manus dex-
terā debeat amputarj. Qui uo studiose incenderit domū, cappānā, trascēdā
uel aliū locū similem, in lib ducentꝫ den cōdēnetur, si in totū uel p maiorj
parte cōbustus uel cōbusta fuerit, si uo nō in totū uel p maiorj parte in cētū lib
den. quas penas si soluerl nō poterit infra decē dies, a die late sententie,

uel salt3 a die quo peruenerit in sentiā cois T. plebis, manus dextera debeat sibi āputari

De pena uocātiu seu trahētiu aliquē ad aliam Curiam

Quicunq3 uocauerit aliquē ad aliā curiā siue in Terra T. plebis siue extra terram et eius districtu, teneatur rficere expēsas sic uocato si fuerit laycus, et de pdictis possit inquiri p offales dicte Terre, nisi traheretur ad curiā usurariā uel papalem, Et si clericus uocauerit aliquē de dicta Terra supra per dnum Loc. Ten. Potatem uel Judicē nec in ciuilib3 nec in criminalib3 audiatur in alijs suis cāis. Si uero quis traxerit aliquē de dcā T. extra districtu ad aliā curiā occone cuiuscunq3 debiti cuiuscunq3 cōtractus de quacunq3 re, que pertineret ad forū secular, ultra refectionē expēsar cōdēnari debeat in lib quadraginta, in quā penam incurrere intelligat qui accusauerit aliquem uel inqsitionē fieri fecerit in aliā curiā q in curia Terre pdicte

De Pena blasphemātiu uel maledicētiu Deum et Sanctos

Quia obstinata uitior malignitas iustitiā prouocat ad uindictā, statuimus q quicunq3 tante iniquitatis et supbie extiterit q dnum Deū nrum sub quocunq3 nomine triū psonar uel Virginē Mariā uel Sctos aut Sctas Dei quoscunq3 maledixerit, Si Deū dicēdo maladetto sia Dio uel scōfitto sia Dio, uel Io ne fo le fiche a Dio ut similia aut equipollētia uerba hoc statuto uerbis nō expressa cōtra Deū aut Christū, uel pdca uerba aut eqpollētia contra Virginē Mariā, uel iurauerit p aliquod mēbrū uituperose ut aliquē locū inhonestū corpor alicuius eor, puniatur in lib xxv den. p quolibet et qualib3 uice de facto, et Loc. Ten. Potas ut Judex in pdictis iurisditionē habētes teneat infra decē dies sine aliquo alio processu postq3 de pdictis notitiam habuerit, exequtionē facere sub pena cētū lib den. de suo salario rtinēdar tpre syndicatus, et pdca locū habeant in his, qui semel tantum aliquod pdcor cōmiserit, Si uero quis secūda uice aliquod pdcor cōmiserit, tale crimen duplici pena puniatur, si prima uice cōdēnatus soluerit. Si aut



tertia vice peccaverit, et solverit de duobus primis vicibus, vel fuerit cōdēnatus de ipsis, triplici pena puniatur intelligēdo quod duplicetur et triplicetur illud primū sim,, simplū, et sic quaque vice servetur. Si quis aut iuraverit per alia mēbra vel vis,, scera vel interiora Dei vel sue matris Virginis Marie, vel dixerit a dispetto di Dio vel similia verba aut Virginis Marie puniatur in lib. decē den. Si vero iura,, verit per mortē vel clavos vel ossa alicuius eorum, solvat lib. quinque den. pro qualibet vice. Si aut aliquis maledixerit aliquē ex sanctis suis vel iuraverit per aliqua mēbra vel loca inhonesta corporis alicuius eorum, puniatur in lib. decē den. Si vero per mortē iuraverit vel ossa aliquod vel ex interioribus dictorum sanctorum, puniatur pena quadraginta sol. pro qualibet vice. et cōtra predictos procedatur et duplicetur et triplicetur pena prout supradictum est de blasfemātibus Deū aut beatā Virginē, in quibus omnibus casibus possit procedi per accusationē publicam vel secreti accusatoris, querelā publicam vel secretam et inquisitionē probādo per duos testes predicta, et de predictis penis effectualiter executis loc. ten. potestas vel Iudex aut eorum curiā tertiā partem habere debeat in quolibet casu, tertia aut lucretur accusator. et si in predictis officiales fuerint negligētes incidant in penā quinquaginta lib. den. pro qualibet vice, de quibus expresse syndicari debeant.

De pena frāgentiū vel cōburētiū domū cappānā molēdinū vel vinea

Quicunque fregerit domū vel cappānā vel molēdinū alterius, si fuerit de die sol,, vat quinquaginta lib. den. si fuerit de nocte solvat centū lib. den. et damnū emendet in utroque casu, et si solvere nō poterit amputetur ei pes a cruore, et de predictis possit inquisitio fieri. Si vero quis inciderit vineam, incidat in penā suo loco declaratā, et si studiose cōbusserit domū vel cappānam alicuius, cōtra eos locū habeat pena sub suo capitulo dicta. et si ex dicta com cōbustione fuerit pallearium feni paleae vel aliquid aliud cōbustum intelligatur pena duplicata, quā si solvere nō poterit infra decē dies a die late sententie amputetur ei pes dexter, et nihilominus damnū tale per vicinos estimādū emēdari debeat patiēti.

De pena ludi taxillorum vel cartarum

Nemo ludere audeat ad ludū cartarum cuiuscunque generis nec taxillorum aut azzar

in qb; q̄titas uel species p̄dj posset, et qui cōtra p̄dicta fecisse inuētus fu,, erit, sinl p̄ uiam secreti accusatoris, uel p̄ uiam inuētionis incidat ī penā decē lib. deñ p̄ quolib; et qualib; uice, in quā penā incurrāt et hij, qui dictū ludū in domo, apotheca uel qualib; alia habitationē tenerēt, et ōnis ille, qui p̄stat aut quoq̄mō mutuaret ludētib; rē aut quātitatem eam p̄dat nec r̄petat seu r̄petere possit, liceat aut ī feruoris tp̄rib; estatis habitātib; uel nō habitātib; et existentib; ī platea sctī Geruasij ad aleas luderē sine aliqua pena, et simili ad ludū mēdbiatar, in qb; casib; offi les terre Ei. plebis uel aliquē eor p̄cedj debeat de facto absq; p̄cessus insti tutione cōstito de ueritate: et si qs p̄tenderet spem uel q̄titatem ex ludo uel occone dicti ludj deberi in iudicio, cū iudici cōstiterit p̄ter; nullo mō ius reddatur.

De pena extrahētiū bladū de Terra uel districtu Ei. plebis

Nemo extrahat bladū granū farinā ordeū bladū de territorio uel districtu Ei. plebis in gregnis uel spicis aut [ali] cū portādj ad alias partes, et q̄cunq; inuentus fuerit cōtrafacere uel contra fecisse soluat p̄ pena lib. quinquaginta deñ p̄ qualib; salma uel a salma infra et bestiam, et si bestia erit alicuius de Ei. plebis dn̄o reddat, et nihilo̅s cōtrauenies teneat soluere ualorē ipsius bestie, et quilib; possit in p̄missis accusare et habeat quartam partem pene bestie et salme, et in his et sup̄ his inquiri possit, et si dictam penā in termino sibi assignato soluere nō poterit amputetur ei pes uel manus dextera. Qui uero habuerint domos uel familias ī Terra uel districtu Ei. plebis laboritia aut extra districtū bladū sine pena portare possint p̄ eor uictu et necessitate. Teneantur autem Priors uinculo iuramenti recollecta deputare unū Notariū p̄ totū districtū qui describere debeat bla dum et q̄titatē et p̄sonas in scriptis p̄ Unusquisq; portare debeat bladū suū ad Terram Ei. plebis sub pena quinquaginta lib p̄ quolib; et qualib; uice et de p̄missis simili inquiri possit. Sup̄ qb; officiales dnj loc. Ten. Potatis procedere teneatur sub pena lib. uiginti quinq; p̄ quolib; et qualib; uice

De pena mictētiū ignē in stipulis

Cuilibz sit licitu ignem mitter in stipulis post festu s.te Marie de mese augusti in canis et citmis qmocunq voluerit, dumodo tps no sit ventosu. Si vo dco tpre quis cmiserit, et ea occone in reb; cois et plebis vel particularis psone damu dederit, incidat in pena xxv lb. et nihils damu patienti emedar teneat estimatione facienda p estimatores cois vel duor; pximior; i loco d. danj extra tn iteresse.

De pena vedet; re duob;

Volumus ac etia ordinamus q si aliqs vendiderit alicuj re aliqua, vel ius aliquod, vel ea alicui cesserit una vice, et post ipam vendicone vel cessione iuris rem ipam alij vendiderit, aut uni vel plurib; cesserit, codenet qualib; vice pena dupli valoris rei vendite vel iuris cessi, et secunda venditio vel cessio no valeat ipso iure in piudiciu pmj eptoris vel cessionarij, et habeatur p ficttio et simulato et dolo vel metu inito, et pmus emptor secudo pferat et in possessione dicte rei manuteneatur, coservetur, mittetur et defendatur, etia si secudus eptor, vel cessionarius quoqmodo adeptus fuerit possessione, et nihils ad defensione rei vendite vel iuris cessi dictus venditor vel cedes dco primo emptori vel cessionario teneatur sm conductione inter eos facta. Secudus vo emptor vel cessionarius heat regressu de ptio rei vendite vel iuris cessi, et de interesse legitime liqdato cotra deum vęditore sm forma quęctionis facte iter se p d. vęditore.

De pena famuli frage(n)tis pactu dno

Statuimus q si servus vel famulus vel famula, ragatius vel scutifer alicuius rupit pactu dno, cu quo stat, vel eu dimiserit sine sua volutate quin ei serviat cotinue toto tpre, quo servir pmiserit, quinquaginta lib den cois et plebis solver teneatur, itaq etia q tps p quo pmiserit dno servire debeat duplicarj, et nihils dns no teneatur ad aliquod salariu, nisi solu pretiu, quod dar pmisit, et intelligatur pactu duratur; p anu iter dnum et pnominat; si hoc legime pbatum fuerit, dumodo no discesserit culpa dicti dominj, aut q saeviat in eu vel eos, vel q sibi no subveniebat in necessitatib; vel no solvebat parte pretij coventi, que si pbata fuerint p famulos vel famulas servietes, scutiferos vel ragatios unu vel plures ad dcam pena no teneatur ullo mo. Si quis aut sciēter retinuerit vel receperit p dictos, vel

unu ex eis sine uolutate primi domini, durate seruitio premisso, incidat in
pena lib uigintiqu, et eu uel ea no debeat retinere, facta tn protestatioe
a primo uel nomine primi dni in pntia duor testiu

De pena laboratoris metetis tituratis aut uindemiatis uel et uedetis re qua heret ad laboritiu inregsito Domino

Si colonus uel laborator alicuius meteret, tituraret, abbacaret, uinea uindemiaret, ad area coduceret bladu extra bona sua, uel oleum ex oliuis faceret irregsito dno rei cocesse ad laboritiu, incidat in pena lib xxv. den.
et teneatur ad interee ad dannu dno eius iuramento declarado cu uno
teste de eo q uerisimili fuerit ablatum inspecta qualitate psone et rei,
sufficiat tame laboratori de regsitione facta pbatio p unu teste de ueritate cu suo iuramento. Si uero laborator rei alicuius uendiderit re,
qua heret ad laboritiu, uel aliqué in possessione miserit dicte rei sua
aucte, puniatur p qualibz uice in centu lib den. et q res sit ad laboritiu data, sufficiat pinstrum laboritij cofectu pbatio talis ueditio sit
nulla et modis oibz talis emptor de facto in poss imissus manu militari cogatur exire per offiales dicte terre

De pena accipietis tenuta sua ppa aucte sibi relicta

Nemo sua ppria aucte accipiat tenutam uel possessione alicuius rei, qua
moriens seu faciens ultima uolutatem ei dimisisset seu relisset, cotra
uero faciens in xxv lib den. et tenuta quam accepit restituer teneatur, cu facultate petedi ab herede eadem rem, et hoc locu no heat
in hrde uniuersali institut uel ab intestato succedete; q si in legato relicto fuerint uerba, et in his hrdem instituit, possit ppria aucte dicta
bona cape, et simile si testator dederit licetia, uel legatarius reperiatur
eade rem in uita retinere q possit cotinuare absq pena pdicta

De pena exterminatis seu terminu extrahetis

Si quis exterminauerit, seu terminu remouerit existentem p diffinitione

verū uicinoꝝ sub pena quinquaginta lib ꝓ quolibet ter.no et nihil. in suo loco terminus resonatur ꝑ eādem sntiam. Nullus uō audeat exterminar seu terminos extraher qui eent inter rem seu cōmuināțā alicuius Cōitatis, et bona particularium personaꝝ sub pena cētū lib den. et de pdictis qlibet possit eē accusator. Ordinamus et q nullus habēs uel possidēs aliquā rem īmobilē iuxta grippam alterius ex parte inferiori, uel terminis cadat uel grippus minetur ruinā, possit se appropinquar termino seu grippo cū aliqua forma, seu formā facer ad duos pedes ad pedē cōis t. plebis, et fiat et fieri possit caua dēā forma duobꝫ pedibꝫ tm. et qui cōtrafecerit uel fieri fecerit ꝑ uice qualibꝫ puniat in lib xxv den. et ad pbationē pdcoꝝ sufficiat apparer formā cōtra dcūm modū, et habeatur ꝑ plena pbationē contra eum, in cuius re forma missa fuerit, possit et Iudex ad petitionē cuiuscūqꝫ petētis ad uidendū ire, et si inuenerit formā fcam cōtra normā legis pntis, cōdēnari debeat faciens uel fieri faciens pena pdcā, et hmōi relatio in actis fcā a Iudice habeatur ꝑ plena pbatione, dūmodo in eūdo fuerit et pars citata. Volumus et q quis nō possit laborar nec laborari facer iuxta grippā alterius, uel quā habeāt rem cū aliqꝫ iuxta uiā uicinalem ppē ad duos pedes sub pena pdcā. q si ex appropinquatione grippo uel uie facta deuastatio grippi uel uie facta fuerit itelligatur ipso iur cōdēnatꝫ ad refectionem grippi uel uie in eadē sntia siue fuerit petitū siue non

De pena percutiētiū custodes Cōis

Si quis appēsate uel dolose offēderet aliquē custodē dputatū uel positū ad custodiā dicte Terr t. plebis de die uel de nocte dū ipe custos unus uel plures stabit ad faciēn custodiā in loco deputato et sibi ordinato, talis offēdēs cōdēnet in duplo illius pene contētꝫ in statuto de illo mallefitio, quod cōmitteretur. saluo nihil capitulo de cōmittētibꝫ homicidiū

De pena faciētiū falsū testimonium

Si aliqs dolose fecerit uel dixerit falsū testimoniū in aliqua cā ciuili uel criminali, et pbatū fuerit, incidat ī penā centū lib den ꝑ quolibꝫ et

et qualibet uice, in quā penā et incurret intelligat oīs ille, qui ad falsū te
stimoniū faciēdum psuaserit induxerit et consiliū dederit, Et nihilominus cō
dēnetur ultra dcām penā ad expēsas et interēe parti, q lesa esset ex
dcō testimonio si falso deposito, quod si in utroq casu cōdēnatus infra
decē dies a die late snīe numerādas nō soluerit, aut soluer nō potue
rit, amputetur et asportari debeat ei lingua, ita q redimi nō possit aliquo mō
et in his nullū bnficiū psit preter confessionem

De pena negantis instrumētum uel opp^tis contra instrumētū tāq nō fcūm a not^o

Quicūq negauerit corā Dnō Loc. Ten. Potatis uel Judice cōtractū p se factum
de aliquo debito pecuniario, soluat penā, que in ipso cōtractu cōtinetur,
illi uel illis qbus facit seu fecerit aut suis hrēdibus uel habētibus ius ab eo,
et cōtēta in cōtractu obseruare teneatur, sed si nō negauerit cōtractū de
aliquo debito pecuniario, pena peti nō possit. Si uero opposuerit qs cōtra
instrūm fcūm a Tabellione, q nō sit notarius et deinde cōstiterit per
priuilegiū uel q steterit in possessione tabellionatus p trienniū, exceptio ta
lis reijci debeat, et opponēs cōdēnari in quinquaginta lib deni. Nec possit op
poni cōcessor talis priuilegij nō habuerit auctem cōcedēdi sub dcā pena
et ad pbandū que esset not^m sufficiat q sit in possessione ut s, ut q fece
rit plura instrā p sex mēses ante uel p lras testimoniales sui cōis si fo
rēsis esset uel p duos testes de fama

De pena petētiū debitū iā solutū

Quicūq petierit debitū iā solutū p se uel aliū de quo sit satisfactum creditori
uel alicui p eo, et pbata fuerit solutio p duos testes q interfuerint solutioni
uel audiuissent creditorē uocari cōtētū et pagatū de dcō debito, soluat
tātūdē Coi ac plebis, q̄tū erit debitū petitū solutū p qualibet et qualibet uice, et
de pdictis inquiri possit. Et si qs de co. plebis uel eius comitatu haberet ali
quod instrūm uel scriptū cācellatū uel laceratū de debito cōtracto p eū
uel suū antecessorē cū aliquo forēse, habeatur tale debitū instri uel scripti
cācellati p satisfcō, ac si haberet instrūm refutationis. Item habeatur p ple

Sola petitio nō sufficit
Requiritur q alr pse-
ueret i petit. usq ad snīam
plata. cons. 13. n. 2. i 2°
uol. cōsil. criminaliū Ziletti

na pbatione instrum cācellatū redditū debitori mādato creditoris uel eius pcuratoris, Si uero refutatio fcā p quēdā, qui fuerit pcurator, factor ut socius alicuius creditoris uel qui ius hēret a creditore, et pbaret per publicā formā p sex testes q talis fuerit pcurator uel factor aut socius alicuius creditoris et sufficiat pbatio duoꝝ testiū fidedignoꝝ de refutatione fcā siue cōfessus fuit debitū rcepisse. Dūmodo hoc nō hēat locum in instrumētis cōfessionatis, cōtra quę instrā ad pbāh solutꝫ et restitutꝫ debiti cācellati, uel q creditor uocauerit se contētū, seu dixerit sibi esse satisfcum nō admictatur pbatio testiū

De pena iniuriātiū aliquē corā offāle

Si quis dixerit alicui iniuriā corā dn̄o loc. Ten. Potate uel Judice aut et exegutor uel notario malliorꝫ Terre et plebis soluat et soluere teneatur duplū illius penę, in quā inciderit iniurias p formā capli loquētis de pena iniuriantiū, quā penā soluere teneat sine aliqua accusatione, denūciatione, inqsitiōe uel pcessu, dūmodo cū dcō offāle cōcurrat pbatio unius testis, et possint prefati D. loc. Ten et Potas inspecta qualitate iniuriaꝝ, dignitate et qualitate psonaꝝ arbitrio eoꝝ in aliquo casu augere put uisum fuerit.

De pena iniuriantiū uł pperātiū iniurias et de uerbis iniuriosis

Quicūq improperauerit seu rinfacciauerit alicui homicidiū uel percussionē fcām in facie unde signum euidēs trāsierit uel debilitationē alicuius mēbri uel iniuriā aliquam psonalem illatā uel illatā in psonā eius uxoris uel Viri alicuius consāguinei uel cōiūcti p quolibꝫ et qualibꝫ uice soluat lib uiginti quinq den. si uero aliā iniuriam psonalem improperauerit, quę facta fuerit, in xxv. lib den. cōdēnet. itaq p improperatione p̄dcā successiue pluribꝫ uicibꝫ fcā, cōdēnari nō possit ultra penā cētū lib. Si uero qs dixerit alicui mēlle p gulā uel rigogliose fur, latro, falsarius, cornutus, uel aliā similem iniuriā p qualibꝫ uice lib qnq den. soluat, forensi uero trāseuntꝫ p uiā uel stratam medietatꝫ dcę penę, et de p̄dcis ad qrelam ecē inqsitionē possit pcedi, et qui impperauerit alicui iniuriā de qua sit fcā pax, soluat lib xxv. den. Si uō dixerit alicui homicida soluat centū sol den.

De Pena facientium falsum instrumentum vel scripturam, aut sibi nomen mutatium

Quicumque fecerit vel fieri fecerit aliquam cartam vel instrumentum falsum dolose ac scienter solvat com. dicte plebis centum lib. den. et parti lese interesse et si dictam penam infra terminum decem dierum a die late sententie non solverit aut solvere non potuerit, amputetur ei manus dextera, Quicumque vero cuiuscumque conditionis aliquam scripturam publicam vel privatam mutaverit addendo vel minuendo, aut mutando aliquid substantiale quomodocumque et qualitercumque in eandem penam condemnari debeat. et nihilominus tale instrumentum scripturam corrigere addere minuere possit, sicut de sua processerit conscientia. Si autem aliquis contrahentium mutaret vel cambiaret sibi nomen in contractu, solvat nomine pene lib. quinquaginta den. in quam penam teneatur qui cum eo contraxerit, si sciverit de mutatione nominis. Et quicumque sciens usus fuerit tali instrumento quocumque modo vel causa solvat centum lib. den. Et si infra tempus predictum non solverit aut solvere non potuerit amputetur ei manus dextera, itaque a braccio separetur, et de premissis per accusam seu inquisitionem procedi possit.

De Pena furis vel furanj et domum frangentis et intrantis in domum

Quicumque fecerit furtum vel furari voluerit in domo alicuius et intraverit dictam domum de nocte, si ille cuius domus fuerit vel eius famulus vel alius, qui stant in ipsa domo illum furem interfecerit in dicta domo ad penam aliquam minime teneatur, Si vero quis invenerit aliquem ad frangendum domum quam habitaret sive sit propria sive non, vel invenerit in tali domo de die vel de nocte ad furandum aut causa furandi, vel causa carnaliter cognoscendi uxorem suam vel filiam vel neptem vel cognatam vel aliquam aliam suam consanguineam vel familiarem cum eo in domo manentem, et eum offenderit vel interfecerit ad penam aliquam minime teneatur &.

De Pena intrantium aliunde quam per portas

Quicumque intraverit vel exiverit castrum dicte plebis aliunde quam per portas dicti castri solvat com. nomine pene lib. xxv. den. si de die fuerit, si vero de nocte lib. quinquaginta den. Si vero quis de dicta Terra exbannitus intraverit vel exi

uenit dcam terrā aliūde q̄ ꝑ portas soluat Ꝯ lib. quinquaginta den. de die
si uō de nocte duplū dcē pene, et si dcam penā soluere nō potuerit, infra
quintam diē post cōdenationem de eo factā, amputetur ei pes dexter. Si autem
aliqua ꝑsona intrarit uel exiret dcam terram aliūde q̄ ꝑ portas cā faciēdi
ꝓditionem uel dcam Terrā uel regimen quod nūc habet mutare, strascine
tur ꝑ dcam Terrā de porta in portam, et postea suspendatur ꝑ gulā, ita
q̄ moriatur, deinde diuidatur in quatuor partes uel plures sm̄ numerū por
tar, et sup unaquaq; porta suspēdatur portio dcī corporis mortui, et
sup p̄dcis oīb; et singulis inqri possit

De Pena portātiū arma

Si quis detulerit stocchettū siue quatroletū, cultellū acutū, falcionē, spiedū, ronca,
falcastrū, spadā, alabardā, lāceam, spōtonē uel aliquod genus armor ad offen,
dēdū ordinatū in ꝑnti capl̄o nō declaratū puniatur pro quolib; et qualib;
uice pena decē lib. et si quis fuerit inuentus portare bastonem, plūbarolā
uel massā ferratā uel massā spezzatā de ligno, puniatur pena quinq; lib.
den. et arma p̄dcā a quolib; ea portāti aufferant et applicentur curie et
offalib;, qui pro tēpre erūt, et si quis aūt portauerit chirotecas uel tabula,
cile non ferratū panzeriā uel braccialettos puniatur pena quinquaginta sold.
den. qua pena puniri debeat qui malitiose lapidē portauerit, et de pena ba,
stoni p̄dcā an malitiose uel nō uel aīo nocēdi fuerit portatū stet in pru
dētia dnī loc. Ten. uel ꝑtatis, et nō itelligatur in hominib;, qui uadūt post
bestias. Si quis aūt fuerit inuētus portar ad offēden arma deputata in
platea cōis et plebis uel ꝓpe ipam plateā ꝑ quinq; passus uel in palatio uel
ꝓpe palatiū dnor Prior uel dnī Ptatis pena quatruplij puniat ꝑ quolib;
ex dcis armis inuētis quā soluere deberet si inuētus foret alibi q̄ in platea.
Possint aūt castriplebēses uel in eo habitātes extra foras ꝑ se uel eor famu
los arma offēdibilia portar absq; aliqua pena dūmodo in puta armor sit in
fixū coriū uel lignū pānus uel aliud put habenus fuit cōsuetū. Si tn̄ aliqs
sine signis p̄dictis fuerit inuētus in aliqua taberna uel domo, ubi uinum
uenderetur, qui diceret se in comitatu uel de comitatu uenire, cōdemnetur
et puniat sm̄ formā huius capl̄i. Volumus et ut tollatur materiā por
tandi arma, q̄ dnūs loc. Ten. uel ꝑtas ꝑ offales suos rimari faciat pro

inueniendis arma portātibꝫ cōtra formā ſdcam, et si cōtrafecerint ꝑ quolibꝫ
mēse lib xxv. den soluāt, et dcē pene armoꝝ augumētari nō possint rōne
noctis nisi in armis actis ad offēdēn. et si portās arma aufugerit ab fa-
miliā offalis alicuius, puniatur ac si hēret arma, et inuētus eet cū eis, in
quā penā incidat qui scrutari nō ꝑmiserit

De Pena receptātiū exbānitos

Si sciētor Villa aut aliqua spalis ꝑsona receptauerit uel retinuerit aliquem
exbānitū pro aliquo malifio, uel ei cōsiliū dederit, qui ptū crimē cōmisisset,
occidēdo uel percutiēdo cū sāguinis effusione post cōdēnatiōnē fcām ꝑ pdcis
aut aliquo pdcōꝝ, incidat in penā quinquaginta lib den. et qlibꝫ possit de
premissis accusare, et lucretur quartam partē pene. Teneant et syndici uil
laꝝ tales receptātes denuptiar, et si talis cōdēnatus et receptatus offēderet
aliquē in Terra Dī plebis uel eius comitatu occidēdo aliquē de Dō plebis, ut
eius comitatu, talis receptās puniatur pena quatricenꝫ lib den. Si uero
aliquē offēderit cū effusione sāguinis cū membri debilitatione, trūcatione, ꝯpro
uel cicatricē puniatur pena centū lib den. Si uō cū effusione sāguinis so
lū pena quinquaginta lib den puniat. Et si alr offēderit quocūqꝫ mō sine
sanguinis effusione puniatur pena xxv. lib den. et intelligat esse recepta
tus, qui ipm retinuerit ꝑ duas horas de nocte, de die ꝑ quatuor, et re-
ceptans puniatur penis supradictis, qn receptatus infra diem receptationis cō
miserit pdcā, et pdcā locū nō hēant in receptātibꝫ exbānitos ꝑ turbata
possessione, ꝑ dāno dato. ꝑ precepto spto, nec in bānitis occōne captionis co-
lūbaꝝ, nec alijs ōr exbānitis quocūqꝫ Terr Dī plebis a quinquaginta lib ifra,
pene aut ſdcē nō uēdicēt sibi locū in ascēdētibꝫ receptatꝫ descēdētes, et
ecōtra usqꝫ ad tertiū gradū, nec in uxor receptanti maritū, qb dibꝫ
ꝑ eps decem dieꝫ liceat receptare sine aliqua pena

De Premio capiētiū exbānitos et pena opponētiū se capiētibꝫ eos

Si quis de Terra Dī plebis uel eius comitatꝫ aut etiā aliqs ex offalibꝫ dnj loc.
Ten. uel status ceperit aliquē exbānitū et cōdēnatū dcē Terre Dī plebis

habeat et here debeant quartā partē illius q̄titatis pecunie, q̄ puenerit ex cō dēā in cōe. dūmodo exbānitus sit p̄ malliþ et nō pro debito. Si q̄s aūt capetur, qui eēt exbānitus et cōdemnatus ī lib quinquaginta uel ab inde s̄ et nō possit soluer̄ cōdēnatione infra decē dies post q̄ fuerit captus, publicē p̄ totam salā magnā palatij p̄tatis fustigetur, et dimictat̄, et sit exbānitus p̄ unū ānū si uō in defectu erit, pena corporis afflictiue in aliqua parte corporis māndetur executioni, et si fuerit cōdēnatus in tercētū lib den̄ uel ab inde supra, et puenerit in fortiā cōis, et nō poterit soluer̄ suā cōdēnationē infra uiginti dies, āputetur sibi manus dextera, et si fuerit cōdēnatus in cētū lib uel abinde supra usq; ad dcām q̄titatē, fustigetur p̄ plateā publicē, et dimictat̄, et exbānitus sit p̄ triēniū, et si fuerit a XXV. lib. supra usq; in centū lib. et nō fuerit cōdēnatus in aliqua parte corporis, et nō poterit soluer̄, fustiget̄ p̄ salā ut s̄ dcām ē, et stet p̄ q̄nq; dies ad petronē incarceratū, et postea dimictatur, Et p̄dcē fustigationes nō intelligantur in nrīs terrigenis cōdēnatis a cētū lib infra, qui fuerint in fortiā cōis, sed semp̄ stet captus in captiuitat̄ cōis, donec cōdēnationē soluerit, et si talis captus nō soluerit cōdēnationē tpr̄e offīalis, qui eēt q̄n̄ capetur, tūc cōe soluer̄ debeat capientibþ dcām partem, et in oībþ dcīs casibþ nō debeat r̄laxari donec restituerit cōi q̄cqd cōe solueret p̄ captura

De pena p̄stātiū auxiliū uel fauorē delinquentibþ

Statuimus et ordinamꝰ q̄ quicūq; dederit uel p̄stiterit alicui malefactori auxm̄ uel fauorē ad aliquod mallefitiū facien̄, uel ipm̄ malefactorē euader̄ fecerit uel capi inhibuerit uel post malefitiū receptauerit debeat pati soluer̄ et substiner̄ eādē penā, quā pati, soluer̄ substiner̄ deber̄t ipē principalis delinquēs

nō

De pena eximētiū captū de manibþ Curie

Si Aliquis p̄ uim abstulerit seu exemerit uel aufferri seu eximi fecerit offīalibþ uel famulis uel familie dn̄j loc. Ten. uel p̄tatis ?ierī ? plebis aliquā p̄sonā, que capta duceretur uel detineretur ab ipīs offīalibþ famulis et familia alicuius maleficij cōmissi p̄ ipām p̄sonā puniatur ea pena pecunia,

ria, quā pati debebat talis captus ex cā qua captus erat, Si aut debebat ta,
lis captus puniri ad mortē uel ad mēbri pditionē seu āputationē uel alia
pena psonali, puniatur in qngentis lib den, nisi ill9 qui eximeretur esset
in dcis penis cōdenatus, nā tunc qlibz eximēs puniri debeat ea pena qua
puniri debebat exēptus, et in dca exeptione eximēs, aufferēs impediēs exequ
tionē īpune eo tpe offalij a familia ducētl possit. Si uero Vniuersitas ali
cuius ville cepit seu exemerit uel capi aut eximi fecerit de manibz fami,
liē loc. Ten ul Potatis dcē Terre, puniatur si captus ueniebat pecuniaria
pena puniendus in lib tercentū den. Si uero in aliqua penarz corpora
liū 3dictz ī penis qngentz lib den. et in dcis casibz singulares psonē dcē
Vniuersitatis grauari possint. Sed si captus ul exēptus esset debitor alicu,
ius priuatē psone, Talis capiēs eximēs captz uel eximi faciēs de fco coga,
tur p dnum loc. Ten. uel ptatem ad soluēdū dcum debitū creditori, ad
cuius petitionē captus erat sine aliquo pcessu uel sutia, solū uiso instro
crediti, uel fcta pbationē p aliquod genus legitimū, et q culpa sua idē de,
bitor captus, exeptus fuerit et nihil cōdenetur in lib xxv. den. dūmodo
deinde creditor tpe quo rcipit solutionē, teneatur ceder iura, q haber
cōtra dictū debitz dcō soluēti. Si uo ex quacunq alia cā duceretur p
familiā dcoz offaliū exēptus quis fuerit, eximens de fco absq aliqua cō
dēnatione uel pcessu grauet in lib xxv. et quicq fuerit rpsitus p dictos
offales aut familiam alterius eorz, et nō psistiterit p posse auxilium,
in eadē pena puniat, et si fuerit sindicus alicuius uille uel Villa in
qnquaginta lib den. puniatur

De Pena auffeētiū pignus ballitorij uel Exequtorij

Quicunq abstulerit pignus ab executor, Not°. d. d. uel abolitor misso a Dno
loc. Ten, Potat uel Not°. soluat aufferen in quolibz casu predictorum
lib decē den. et pignus restituat, et postea cognoscatur utrum pignus fue,
rit iuste uel iniuste acceptz. Si uero abstulerit faciendo aliquam
contumeliam alicui predictorum aut uerbis aut factis, puniatur pena
uigintiqnq lib den

De pena offēdētiū loc. ten. Potestatē, Priorēs Judicē Canc.^m uel alios offales

Vt offales C.^i plebis cōseruentur illesi, ut Illi quos Dei timor nō reuocat a malo saltē pena debita castigentur. ordinamus q si aliquis ausus fuerit offēdere aliquē de loc. Ten. Potestatem, Priores vnū uel plures, Judicem, cancellariū uel alios offales dū fuerint in offo tā in Terra C.^i plebis q extra in quocūq loco fuerit durāte offo siue causa offij siue nō, uel post depositionē offitij ea ipsius offij p unum mēsem in offalib., i Priorib. p octo dies a tēpre depositi offij occidendo, mēbrū mutilādo aut debilitādo, aut pcussionē in facie faciēdo, ex qua signū in facie sit ppetuo rmāsurū, capite puniatur, ita q moriatur, et oīa eius bona Coi C.^i plebis publicentur. Si uero eūdē pcusserit cū armis cū sāguinis effusionē durāte dcō offo et cā ipsius offij uel post depositū offm infra dcā tpra ex cā pdcā, sibi manus dextera debeat amputarj, sed si alr offenderit, quadrupli pena puniatur, et eadē pena locū hēat in ordinantib. mādātib. auxiliū uel cōsiliū pstātib., et cōtra pdictos delinquētes possit inqri etiā p unū testē indicia ue uel saltē p p.^cam famā si offēsio facta fuerit durante offo, post uō p p.^ca uoce et famā sex Testiū ad minus. Et si offēderit aliquē ex familia pdcōr, puniat.^r dupli ci pena, qua alij punirent. et eādem pena fierj faciēs ordinās siml tractās pstās aux.^m cōsiliū et fauorē, et in oīb. pdcīs casib. ubicūq quis ueniret pena pecuniaria puniēdus cōstito de ueritate criminis etiam absq pcessu de facto grauari debeat ad dcām penā soluen

De pena offēdētis forēsem

Quicūq fuerit cōdēnatus per curiā C.^i plebis de offēsionē fcā alicuj forēsi, et uoluerit uenire ad mādata curię, et soluer qtitatē quę cōtinetur in Statuto uel ordinamēto illius terr, de qua eēt talis forēnsis offēnsus, debeat eius cōdēnationē cassari et irritari, et si fuerit exbānitus rbāniatur, mostrando in publicā formā statuti terr illius forēsis, nō obstāte q in maiori pena eēt p curiā C.^i plebis cōdēnatus: et ut sciatur quę pena sit imponēda forēsi offēdenti forensem. statuimus q si aliquis forēsis offēderit forēsem aliquē in Terra uel districtu C.^i plebis puniatur et cōdēnetur ea pena, qua cōdēnaret quis de C.^o plebis offēdēs castroplebēsem

De pena proiciētiū lapides super bonis alterius

Nemo proiciat lapides super domum uel rem alterius, et qui contrafecerit incidat in penam centum sol. den. et illi cuius est domus teneatur ad refectionem damni, et si fuerit minor uigintiquinque annorum et supra quatuordecim soluat uiginti sol. den. pro quolibet et qualibet uice, et si infra quatuordecim teneatur ad refectionem damni. et pater eius uel ipse, si patrem non habet teneatur ad refectionem damni, et cuicumque proiecerit lapides de terris seu uineis suis in alienis terris uel uineis incidat in penam quadraginta sol. den. et predictos extrahi faciat suis expensis.

De pena receptantis aliquem malefactorem

Nemo audeat hospitari in suo hospitio aliquem latronem, furem uel ruffianum uel homicidam, uel aliquem, qui sit male fame nec etiam appestatos seu suspectos de peste scienter sub pena uigintiquinque lib. den. pro quolibet contrafaciente et qualibet uice, et quilibet possit accusare, et habeat quartam partem banni et etiam possit super predictis inquiri.

De pena frangentium carceres

Carceres communis terre et plebis nullus audeat uel presumat rumpere uel frangere, nec de his exire contra uoluntatem offitialium executorum etc, et si quis contrafecerit incidat in penam ducentarum lib. den. si pro causis ciuilibus fuerit ibi intrusus. pro criminalibus autem capite puniatur, itaque moriatur. Et si aliquis esset detentus in palatio potestatis pro aliquo maleficio, et talis detentus aufugeret, uel de palatio discesserit pro confesso habeatur de illo maleficio, et intelligatur detentus in dicto palatio si per aliquem offitialem esset iussus non discedere sine uenia. Si uero in ciuili causa pro carceribus de palatio domini Potestatis fuerit iussus non exire, et absque licentia discesserit, incidat in penam quadraginta lib. den. et in predictis casibus possit inquiri, nec premissa locum habeat in extractis de carcere, uel in discedentibus de palatio cum licentia.

De pena turbantis seu intrantis possessionem alterius

Ordinamus quod nullus audeat uel presumat apprehendere occupare uel intrare possessionem, uineam terram et quamlibet quarumlibet aliarum rerum immobilium alicuius. et a domino possessarum tenutam uel detentarum tamen cum priuandi possessorem uel detentorem sua possessione uel tenuta absque aliqua iuris cognitione sub pena lib. quinquaginta den.

et nihilominus possessionem seu tenutam restituere teneatur ei, a quo accepta fuerit, in quam penam etiam incidere intelligatur turbans aliquem in possessione uel tenuta alicuius rei immobilis, quam possideret uel detineret. Super quibus Dominus Locumtenens Potestas uel Judex ad accusam querelam uel per inquisitionem procedere possit et debeat, et sic molestatos seu turbatos in possessione seu tenutis eorum modis omnibus defendere sub pena quinquaginta lib. den. et fructus dictarum rerum iniuriam passo et omnia damna et interesse resarcire faciat sine mora, et de predictis damnis fructus et interess stetur sacramento iniuriam passi. Si uero possessionem uel tenutam rei mobilis sic abstulerit seu cepit, puniatur in lib. xxv. pro qualibet re mobili, et in restitutione possessionis uel tenute per sententiam condemnetur

De pena auferentis rem sequestratam

Si bladum uel fructus alicuius possessionis separati uel non separati fuerint penes aliquem auctoritate curie sequestrati ille uel illi cui uel quibus facta fuerit sequestratio, id quod sequestratum erit debeat retinere, et nulli dare sine licentia curie, et si aliter disposuerit dare, tantundem de suo illi ad cuius petitionem facta erit sequestratio, dare teneatur. et idem dispositum intelligatur in aliis rebus, et si bladum uel fructus aut aliquod aliud pignoratum seu sequestratum erit, et per uim ab eo fuerit acceptum per aliquem infra tertiam diem debeat denuntiare illum uel illos, qui per uim tales res accepisset uel accepissent, quod si non fecerit dictum bladum uel fructus uel aliud illi persone ad petitionem cuius sequestrationes facte fuerint de suo soluere teneatur, et talis per uim capiens puniatur in lib. quinquaginta den., et ad restitutionem bladi fructuum uel rei cogatur per dominum locumtenentem potestatem uel eius Judicem sine aliquo processu

De pena Aduocatorum et Procuratorum et aliorum paciscentium de quotalitis

Volumus etiam et ordinamus quod Aduocatus procurator uel quicumque alius quomodolibet cum aliquo paciscens de quotalitis uel emens seu quouis alio titulo recipiens uel acquirens aut emi recipi uel acquiri faciens ius aliquod uel actionem, de quo seu qua lis seu controuersia aliqua fuisset uel esset, et occasione talis pacti emptionis, receptionis uel acquisitionis litem fecerit seu fieri fecerit quoquomodo et probaretur condemnari possit et debeat per dominum locumtenentem Potestatem uel eius Judicem ex officio uel ad instantiam cuiuscumque in duplo estimationis iuris uel actionis uel rei empte uel titulo donationis uel alio suscepte seu facte

De spoliatorib; et derobbatorib;

Si aliquis male fame aliquem per uiolentiā spoliauerit de re mobili aliqua uel rē aliquam rapuerit siue derobbauerit et res ualuerit decē lib den usq in xxv puniat in ducent lib den. Si uo res ualuerit ultra in tricent lib den cōdēnetur. Si fuerit minoris ualoris a decē lib infra usq ad quadragint sold puniatur in lib quinquagint den. Si fuerit minoris quātitatis de minori pena rsideat in arbitrio dnj loc ten uel potatis, et in quolib dcor casuu cōdēnetur in restitutione rei uel extimationis ipsius in eadē sntia siue deductu fuerit in accusatione seu inquisitione siue nō. et si nō fuerit male fame et res fuerit minoris ualoris a decē lib den infra usq ad quadragint sol puniatur in lib uigintiquinque et in restitutione rei, et si fuerit ualoris decē lib usq uigintiquinque puniatur in quinquaginta lib den. a uigintiquinque lib usq in cētu cōdēnetur in ducentu lib den. Si uero a cētu lib supra puniatur arbitrio dnj loc ten uel potatis usq ad mortem inclusiue attenta qualitate facti et psonar cōditione et in restitutione rei, extimatione rei, et predca nō intelligant de rebus que ualerēt minus quadragint sol den. quo casu arbo iudicis puniatur, et q quis sit bone uel male fame sufficiat probatio publice uocis et fame. Ordinātes q p tpre futuro qn occurrerit q aliqs latro fur, uel robbator stratar debet suspendi p gulā in loco ordinato p coe E. plebis

Q exbāniti p certis cais possint īpune offendi

Statuimus et ordinam q si aliquis sit uel fuerit exbānitus et cōdēnatus coīs E. plebis pena corporali siue rdēptione p homicidio, furto uel robbaria ī ppetuo bāno sm formā statutor, et talis exbānitus et cōdēnatus offēderit aliquē d terra aut districtu E. plebis, q cuilib qui eēt exbānitus uel cōdēnatus quacūq occone ī pecunia sit licitū et possit ipē supra dcum exbānitū et cōdēnat pena corporali offēdentē offēdere in psona et rebus tpre offēsionis et postea quocūq. et si talē exbānitum et cōdēnatū occiderit, uel eū duxerit in fortiā coīs, q talis exbānitus et cōdēnat quacūq occone extrahat et extrahi debeat de bāno in quo eēt p coe E. plebis, et eius bānū et cōdēnatio exnūc prout extūc sit ipso iure cassa et nullius ualoris, et exnūc prout extūc sit et eē intelligat rbānitus aut de pntis statuti.

Q exbāniti et cōdēnati p certis delictis possint impune offēdi

Ut exbanitorum temeritas compescatur pro bono statu et pacifico Terre S. plebis et eius districtus decernimus quod si quis fuerit exbanitus tantum uel condenatus tantum aut exbanitus et condenatus per aliquem ex offitialibus dicte Terre, qui non sit legitime rebanitus aut absolutus uel condenatione soluerit, aut executio non fuerit occasione homicidij uel alterius cuiuscunque delicti, pro quo de iure communi uel statutario imposita esset pena mortis corporalis uel ueniret imponenda per ut quia predicta delicta fieri fecerit, tractauerit uel ordinauerit uel quia dicto tempore dederit auxilium consilium et fauorem, talis sic exbanitus et condenatus uel condenatus tantum possit ubicunque et a quocunque impune occidi et offendi in rebus et personis, et offendens predictos uel aliquem ex eis in personis uel rebus ad penam aliquam nullatenus teneatur, et si inde contra predictos fieret processus, sint ipso iure nulli, et pro cassis et irritis habeantur. Iussum si condenatus fuerit aliquis pro blasfemia Dei, Beate Virginis, Christi uel Trinitatis.

De pena capientium columbas

Statuimus in futurum quatenus nullus audeat uel presumat quomodocunque et qualitercunque capere et offendere in Terra, burgis et comitatu S. plebis columbas domesticas uel alias alterius, dummodo non sint columbe cuparelle, uel consilium auxilium et fauorem cohoperati uel prestare facientibus aut perpetrantibus talia aut aliquam ex eis sub pena et ad penam uiginti solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet uice, et ut dictis amoueatur dubietas tenore presentium declaramus columbas domesticas, si domestice probantur esse alterius quam eius qui eas capit, eo ipso quod capiens non probabit esse suas infra terminum sibi datum pro defensionibus faciendis secundum formam statutorum, et predicta locum habeant quando capiens ceperit usque ad numerum quatuor columbarum, a dicto autem summa usque ad decem columbas puniri et condenari debeat in solidos quadraginta denariorum. et a decem columbis ultra puniatur in libris centum denariorum. quas si non soluerit infra decem dies a die late sententie, nudatus fustigari debeat per loca publica et consueta Terre S. plebis absque aliqua remissione pene predicte uel fustigationis, et ad probationem captionis dictarum columbarum, statuimus quod stari debeat iuramento illius, qui dampnum recepit, uel filij cum licentia patris uel nepotis aui aut etiam ulterioris in gradu uel procuratoris spetiale mandatum habentis, cum uno teste omni exceptione maiorum usque ad numerum quatuor columbarum tantum pro captione offensione prestationis auxilij uel fauoris cohoperatiui quod etiam domini dictarum columbarum, quod iuramentum cum uno teste habeat uim plene probationis, dummodo eo tempore interueniat ille, contra quem iuratur, aut sit citatus pro illa hora, et in dictis casibus possit inquiri ad querelam, accusam ex mero offitio per inquisitionem, et condenari debeat delinquens

ad emẽdationẽ dãnj et interee patientis ad rõnem quadraginta sol den ꝑ qualibꝫ colũ
ba, et hoc qñ malleficiũ tale legime ꝓbaretur ꝑ iuramẽtũ ut ꝯ delinquẽs cõdẽnarj
debeat in sola pena, et de tali mallo cognosci possit ꝑ unũ mesem ãte introytum
offij inqsitis siuẽ ꝑ inqsitione siuẽ ꝑ querelã uel accusã de tali mallo cognosce,,
retur. Quãdo uero accideret calũniose iuramẽtũ esse fcum, ultra penã falsi in re,,
fectione dãnoꝝ expẽsaꝝ et īteresse ꝑ iudicẽ cõdẽnarj debeat, et oĩs ꝑrsus ãmoueatur
occasio. Statuimus in futuꝝ ꝙ nulli liceat quoqꝫ mõ aiolum, escaturã uel pagellã
aut alterius gñis retiũ habere seu tẽdere penes quodpiã colũbariũ ad centũ canñs
aut laceum uel alterius gñis artificij in areis aut alijs locis usqꝫ ad ducẽtos
passus sub pena cẽtũ lib denr. cuius pene, qñ ꝑ accusationẽ ꝓceditur, tertia pars
sit Cõis, tertia accusatoris, reliquũ uero curię. Nulli ẽt liceat a principio qua
dragesime usqꝫ ad finẽ mẽsis Maij tenerẽ aiolũ curare escaturã ponere retia aut
laceũ uel alterius gñis artificij ad capiẽdũ colũbas extra domũ in aliquo loco
apud colũbariũ ꝑ quinquaginta passus sub pena centũ lib. Nec ẽt liceat alicuj quo,,
cũqꝫ tpre uel quoqꝫ mõ tendere pagellam aut alterius gñis retiũ ad aliquod ab,,
beuaratoriũ cũ endice sub pena centũ lib den. ꝑ quolibꝫ et qualibꝫ uice, et si
colũbas cepit in cẽtũ quinquaginta lib den cõdẽnarj debeat, et ad emẽdã dãni.
Si quis aut uel odio inuidia aut aliquauis malignitate ꝓbaretur noctis tpre
iuisse uel ire uoluisse ad palũbaria, et in eis ꝓiceret uel ignẽ uel petras sa,,
xa, sagittas seu alias res, ꝑ quas colũbę fugiendo spauentarent, uel amplius
nõ redirẽt, aut ẽt ꝓdictis auxm uel fauorem cooꝑatiuũ prestiterit puniatur
et cõdẽnarj debeat in lib ~~quinquaginta~~ quingentis den. quibꝫ infra decẽ dies nõ solutis post
latã sñtiam, ꝑ solita loca Terrę et plebis denudatus fustigetur, ut dcum est. et
nihilõ ad emẽdationẽ dãnj teneatur, et in ꝑmissis oĩbꝫ et singlis moderate ꝓcedi
possit ad torturã habitis indicijs quẽadmodũ cõtra alios malefactores

De domibꝫ nõ deuastãdis

Nulla domus possit scarcarj, nec uinea nec arbores incidi ꝑ curiã et plebis ꝑ aliq malle
ficio sed debeat peruenire in cõi, et pro cõi uendatur, usqꝫ ad quãtitatẽ cõdẽ
nationis factę de illo, qui malleficium cõmitteret, saluo capitulo loquente de ho,,
micidio.

De pena euntiũ post tertiũ sonũ Campanę

Nemini de Terra d. plebis uel in ea habitantibus sit licitu ire et redire per dcam terram sine lumine seu tizzone acceso post tertiu sonu capane, que pulsatur de sero hora consueta per agetes Dnj loc. Ten. uel Potatis usq ad sonu Auemarie diej ad sonu capanar sti Geruasij, et cuiusq inuetus fuerit contrafecisse, incidat in pena sol. uiginti pro quolibs et qualibs uic. et si per inuetos in dco tpre allegaret aliqua causa excusatio, totu id repositu esse intelligatur in prudetia et cosideratione dej Dnj loc. Ten. ptatis uel Judicis. Teneantur aut dej offales mittere agentes suos deputatos p Terra et burgos dce Terr, et inuetos post dcum sonu astringere ad dcam pena, et quicq inuetus aufugeret qui leg.me pbaretur incidat in pena sol quadragint pro quolibet et qualibs uic, et in penam lib decem den intelligatur incidere ille, qui se ita trasformauerit, q dco tpre agnosci no possit, et nullus Artifex aut discipulus dicti artificis post dcum tertiu sonu campane eudo ad domu recta uia, uel redeudo ad apotheca cotra forma pntis capli, ad pena aliqua teneatur, si aut no recta uia, sed per indirectu soluat duplu illius, quod solueret ille, qui inuetus fuerit post dcum tertiu sonu, in quas penas in casu suo incidere itelligat et mulieres

De duplicatione penar et distintione noctis a die

Ve oibs tollatur occasio et animus delinquendi formidine pene, ordinamus q facientes et fieri facientes aliquod mallefitiu intelligatur pena duplicata in oibs locis, in qbs ex forma cuiuscuq capli dcum est duplicari, ut in palatio dnj Potatis, in palatio dnor Prior, in quibuscuq ecclijs, in ecclia et scalis Scti Geruasij, in platea eiusdem, in platea noua arcis et ubicuq ex forma alicuius statuti de duplicatione tractatur, uel triplicatione uel alia pene multiplicatione p modu qn intelligatur multiplicari solu simplex pena primordialis, que imponitur no habito respectu ad aliqua qtitate, cuius uigore pene aliquali augumetaretur quoqmo et ois amoueatur dubietas inter noctem et diem. Nox intelligatur in dca terra d. plebis a sono tertio capane, que pulsatur de sero p pena applicada usq ad sonu Auemarie, que pulsatur in ecclia Scti Geruasij, que pulsatur de mane in aurora, inter utruq n. tps nox esse intelligatur, in districtu aut nox itelligatur esse ab occasu solis usq ad ortu solis sequetis diej

De beneficio cofessionis

Volumus q si aliquis fuerit accusatus uel inqsitus de aliquo mallefitio, et tpre quo

respōdebit accusationj uel inqsitionj contra eū factę uel formatę spōte cōfitebr dicto tpre rñsionj corā quocūq offali dictę Terr Ꝯ plebis ꝑ tali cōfessione spōte fcā cōdēnetur in quarta parti minus eius, quod soluere deberet, si dcuz malleficiū negatū postea ꝓbaretur, sed si semel negauerit iterū ad cōfitēdum minime admittatur, quę oīa uēdicent sibi locū in mallefitijs illis de qbus ex forma seqūtis capli cōcordia fieri pot et nō in alijs ullo mō

De beneficio pacis et cōcordie

